



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Modesti Tavbengall Apologeticus Adversus Umbras Oratij  
Melliti**

**Hansiz, Marcus**

**Pragæ, 1723**

Proœmium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39569**

# Procœmum.

Opportunissimè mihi venit in mentem ejus, quod legi  
 apud Ælianum L. 2. Histor. c. 12. planè in rem me-  
 am, de socio quodam Anyti, qui ibidem disertè *Mellitus*  
 appellatur. Struxerat ille cum aliis calumniam Socrati  
 Viro Atheniensium optimo, modestissimo, justissimo, de-  
 dītque operam, ut in theatro fabula factus insolentissimè  
 traduceretur, ob id in primis, quod diceretur sequiores  
 quorundam opiniones in eos, qui ipsum audirent, inducere.  
 Et erat comœdum maledicuum secuta apud multos accla-  
 matio: Nam & tum quoque, ut laudatus Ælianus  
 subjicit, verum erat illud Cratini: *Theatrum corda male*  
*sana habebat.* Adeò & Socrati suis non deerat Mellitus.  
 Quid huc aptius? Socratem profecto memoriae nostræ  
 vexasti Mellite, & cum applausu nonnullorum ejus furfuri,  
 cuiusmodi & inter Athenienses extitisse idem scriptor com-  
 memorat, hominum invidiosorum, & ad optimis quibusque  
 detrectandum, ijs in primis, qui præ reliquis vitæ gra-  
 vitate fulgerent, proclivium, eorum planè, quibus corda  
 male sana: Et es decreto talium Mellite laurum forsitan  
 palmamque promeritus: Verum enimvero non consum-  
 mabis victoriam. Erat, quo repulit Sycophantam So-  
 crates: quid illud? Spectandum se dedit.

Fiat hoc in præsenti: Specie-  
 tur Socrates.



CA-